

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima sensibilis, vel vegetabilis sit in semine a principio quando
deciditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

duritiem, & mollitiem. Non autem negatur, quin instrumentaliter aliquo modo cooperari possit.

AD XVII. dicendum, qd anima sensibilis mouet appetitum. Actio vero appetitus sensibilis non est anima tantum, sed compositi, unde talis vis habet determinatum organum, vnde non oportet pone-re, qd anima sensibilis aliquam operationem habeat absque corporis communione.

AD XIX. dicendum, qd corpus potest mouere, quasi non motu illa specie motus qua mouet, licet non possit mouere nisi aliquo modo motu. Corp' enim celi alterat non alteratum, sed localiter motu. Et similiter organu virtutis appetitiva mouet loca liter, non localiter motu, sed aliquo modo alteratum. Operatio enim appetitiva sensibilis sine corporali alteratione non contingit, sicut patet in ira, & in huiusmodi passionibus.

AD XX. dicendum, qd vis motiva exequens motu est magis dispositio mobilis qua natum est moueri a tali motore, quam sit per se mouens.

ARTICVLVS XII.

Vtrum anima sensibilis vel vegetabilis sit in semine a principio quando deciditur.

DODECIMO queritur utrum anima sensibilis vel vegetabilis sit in semine a principio quando deciditur. Et uidetur qd sic: quia vt Grego. Nisi nus dicit, utriusque opinionis assertio virtutoperatione non caret, & eorum qui prius vivere animas in suo quodam statu atque ordine fabulantur, & eorum qui eas post corpora creatas existimant: sed si anima in semine non fuit in sui principio, oportet eam fieri post corpus. ergo anima a principio fuit, i feminis.

¶ 2 Prat. Si anima sensibilis a principio non fuit in semine sicut nec rationalis: eadem ratio erit de sensibili & rationali, sed anima rationalis est a creatione, ergo & anima sensibilis est a creatione: cuius contrarium est ostenditur.

¶ 3 Prat. Philosophus dicit in 16. de animalibus, qd virtus, qd est in semine est, sicut filius de domo patris egrediens. Sed filius est eiusdem speciei cum patre. ergo & illa virtus, quae est in semine, est eiusdem speciei cum anima sensibili a qua deriuatur.

¶ 4 Prat. Philosophus dicit in 16. de animalibus, qd

virtus illa est sicut ars, quae si in materia esset ad generationem artificati operaretur. Sed in arte est species artificati, ergo & in illa virtute seminis, est species animae sensibilis, quae per semen producitur.

¶ 5 Prat. Decisio seminis est naturalis, decisio vero

animalis anulos est contra naturam, sed in parte ani-

malis anulos decisi est anima, vt Philosophus dicit,

ergo multo magis est in semine deciso.

¶ 6 Prat. Philof. dicit in 16. de animalibus, qd mas in generatione animalis dat animam. Sed nihil est egrediens a patre nisi semen. ergo anima est in semine.

¶ 7 Prat. Accidens non transfunditur nisi per trans-

fusione subiecti. Sed aliqua a gritudines transfundit-

ur a parentibus in filios, sicut lepra, & podagra, &

huiusmodi, ergo & eorum substantia transfunditur.

Hec autem non sunt sine anima. ergo anima est

a principio in semine.

¶ 8 Prat. Hippocrates dicit quod per decisionem ven-

que est iuxta aures, generatio impeditur. Hoc autem

non est, nisi semen decidetur a toto corpore,

quasi actu per prius existens. ergo cum id quod est actu

A pars animalis, habeat animam, videtur quod semen a principio habeat animam.

¶ 9 Prat. Idem dicit quod equus quidam propter nimium coitum inuentus est sine cerebro. Hoc autem non est, nisi semen decidetur ab eo: quod est actu pars. ergo idem quod prius.

¶ 10 Prat. Quod est superfluum, non est de substantia rei. Si ergo semen sit superfluum non erit de substantia generantis. Et ita filius, qui est ex semine, non erit de substantia parentis: quod est inconveniens. ergo semen est de substantia generantis. Et ita est ibi anima in actu.

¶ 11 Prat. Omne quod caret anima, est inanimatum. Si ergo semen caret anima, erit inanimatum, & sic corpus inanimatum transmutabitur & fiet animatum: quod est inconveniens. ergo anima est a principio in semine.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in lib. de animalibus, quod semen & fructus est in tali potentia ad animam, quae est abiiciens animam.

¶ 2 Prat. Si semen a principio habet animam, hoc non videtur esse possibile nisi duobus modis: vel quod tota anima generantis in semen transeat: vel quod pars eius. Vtrumque autem horum videtur esse inconveniens, quia ex primo sequitur quod non remaneat anima in patre: ex secundo autem sequitur quod non remaneat ibi tota. ergo anima non est in semine a principio.

RESPON. dicendum, qd opinio quorundam fuit, quod anima a principio decisionis esset in semine, volentes quod sicut corpus diuidetur a corpore, ita simil anima, pugaretur ab anima: vt starim cum corporis particula esset etiam ibi anima. Hec autem opinio non uidetur esse vera: quia enim quod Philosophus probat in 15. de animalibus, semen non deciditur ab eo, quod fuit actu pars, sed fuit superfluum ultime digestionis, quod nondum erat ultima assimilatione assimilatum. Nulla autem corporis pars est actu per se perfecta, nisi sit ultima assimilatione assimilata, vnde semen a principio decisionem, nondum erat perfecta per animam, ita quod anima esset formae eius: erat tamen ibi aliqua virtus, em quam iam per actionem animae erat alteratum & deductum ad dispositionem propinquam ultime assimilationis: unde & postquam decidit non est ibi anima, sed aliqua virtus animae. Et propter hoc in 16. de animalibus Philosophus dicit, quod in semine est virtus principij animae. Et praterea si anima esset in semine a principio, aut esset ibi habens actu speciem animae: aut non, sed ut quadam virtus, quae conuertetur postmodum in animam. Primum esse non potest: quia, cum anima sit actus corporis organici, ante qualcumque organizationem, corpus susceptiuum animae esse non potest. Et etiam sic sequitur, quod totum id, quod agit in seminibus, non est nisi quadam dispositio materiae, & per consequens non esset generatio: cum generatio non sequatur, sed procedat a formam substantiale. Nisi forte dicatur, quod corporis sit alia forma substantialis prater animam: ex quo sequitur, qd anima non substantialis est corpori, vniuersitate aduenientis corpori, postquam est in aliis formis hoc aliquid constitutum. Sequeretur ultius, qd generatio uiuentis non esset generatio, sed decisio quedam: sicut pars ligni separatur a ligno, ut sit actu lignum. Secunda pars divisionis predictarum esse non potest: quia secundum hoc sequeretur, quod forma substantialis non subito, sed successivae in materia pueniret. Et sic in substantia esset motus, sicut in quantitate & qualitate, quod est contra Philo-

lib. 1. de ani-
ma cap. 18.
Et 19.

lib. 1. de ge-
ner. animalium
cap. 18.

2. de gener.
animalium
cap. 3.

Prat. Et praterea si anima esset in semine a principio, aut esset ibi habens actu speciem animae: aut non, sed ut quadam virtus, quae conuertetur postmodum in animam. Primum esse non potest: quia, cum anima sit actus corporis organici, ante qualcumque organizationem, corpus susceptiuum animae esse non potest. Et etiam sic sequitur, quod totum id, quod agit in seminibus, non est nisi quadam dispositio materiae, & per consequens non esset generatio: cum generatio non sequatur, sed procedat a formam substantiale. Nisi forte dicatur, quod corporis sit alia forma substantialis prater animam: ex quo sequitur, qd anima non substantialis est corpori, vniuersitate aduenientis corpori, postquam est in aliis formis hoc aliquid constitutum. Sequeretur ultius, qd generatio uiuentis non esset generatio, sed decisio quedam: sicut pars ligni separatur a ligno, ut sit actu lignum. Secunda pars divisionis predictarum esse non potest: quia secundum hoc sequeretur, quod forma substantialis non subito, sed successivae in materia pueniret. Et sic in substantia esset motus, sicut in quantitate & qualitate, quod est contra Philo-

Quest. dist. S. Thomae. D 2 Ioso-

QVAEST. III. DE CREATIONE, ARTIC. XIII.

ARTICVLVS XIII.

Vitrum aliquod ens ab alio possit esse aeternum.

Lib. 5. com.
18. & p. 18.
tom. 2.
Iosophum in 5. Physi. Et etiam forma substantiale. F
reciperent magis & minus: quod est impossibile vn
de relinquitur, qd anima non est in semine: sed vir
tus quedam anima, que agit ad animam producen
dam ab anima derivata.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd corpus viuens, ut
posse leonis uel olinia, non est anima, sed est semina
corporis tantum ante animam, & ante virtutem, qua
agit ad animam. Eadem enim est proportio semi
nis ad virtutem huiusmodi, & corporis ad animam.

AD SECUNDVM dicendum, qd hoc interest inter animam
rationalem & alias animas, qd anima rationalis non
est ex virtute seminis, sicut aliae animae: quamvis
non anima sit in semine a principio.

AD TERTIUM dicendum, qd virtus illa non assimila
tur filio egredienti de domo patris quantum ad co
plementum speciei: sed quantum ad acquisitionem
eorum qua desunt virtus: ad aliquid complemen
tum. Perfectio enim prima plerumque manifesta
tur per similitudinem perfectionis secunda.

AD QUARTVM dicendum, qd assimilatio inter virtutem
predicata & arte procedit quantum ad hoc, qd sicut
artificatum praesertim in arte sicut in virtute activa:
ita & res iuua generanda in virtute formativa.

AD QUINTVM dicendum, qd ex hoc ipso decisio animalis
amulosis est violentia, & contranaturam, quod pars
decisa erat actu pars & perfecta per animam.
Vnde per decisionem materia anima in utraque
parte remanet: que quidem erat in toto vno in actu,
& plures in potestate. Quod quidem accidit per hoc
quod huiusmodi animalia sere sunt similia in toto
& partibus. Nam eorum animae, quia imperfectio
res sunt alijs: modicam diuersitatem organorum re
quirunt. Et inde est quod una pars decisa potest es
se animae susceptiva, ut pote habens tantum de orga
nis: quantum sufficit ad talcum animam suscipien
dam, sicut accedit in alijs corporibus similibus ut
pote ligno & lapide, aqua & aere. Ex hoc autem Phi
losophus probat in 15. de animalibus, quod sperma
non fuit actu pars ante decisionem: quia eius deci
sio non fuissest naturalibus, sed modis corruptio
nis cuiusdam. Vnde non potest quod per decisionem
seminis in ipso semine anima remaneat.

AD SEXTVM dicendum, quod mas dicitur dare
animam, inquantum in semine maris continetur
virtus, que agit ad animam.

AD SEPTIMVM dicendum, qd egreditur de quibus
est obiectio, non traducuntur cum semine, quasi
actu in semine sint: sed quia est principium eorum
in semine, per aliquam seminis indispositionem.

AD OCTAVVM dicendum, quod cum sperma sit
quedam superfluitas habet quaedam proprias vias,
sicut & alijs superfluitates: quibus interciliis genera
tio impeditur. Non propter hoc quod aliquid ex eo
quod erat actu pars, refoluator.

AD NONVM dicendum, quod sicut immoderatus
alium superfluitatum fluxus solvit aliquid de eo
quod erat iam conuersum per violentiam quanti
dam, & non naturaliter: ita etiam immoderatus flu
xus seminis. Ea uero que sunt contra naturam, non
sunt in consequentiis naturae trahenda.

AD x. dicendum, qd semen est tale superfluitus, qd licet
non sit actu pars substantiae patris, est tamen potentia,
tota. Et ob hoc filius dicitur de substantia patris esse.

AD xi. dicendum, quod licet semen non sit ani
matum actu: est tamen animatum virtute, unde non
est simpliciter inanimatum.

TERTIODECIMO queritur utrum aliquod ens ab
aliо possit esse aeternum. Et videtur quod non.
Nihil enim quod est semper, indiger aliquo ad hoc
qd sit: omne autem quod est ab aliquo, indiger eo a
quo est ut sit. ergo nihil qd est ab alio, est semper.

¶ Prat. Nihil accipit quod iam habet, ergo quod
semper est, semper est habet. ergo qd est semper.

¶ Prat. Quod est, non generatur, nec fit, nec alio
modo in esse productur: quia quod sit non est
ergo oportet, qd omne quod generatur vel sit vel
productur, aliquando non est. Omne autem quod
est ab alio, est huiusmodi. ergo oē quod est ab alio,
aliquando non est. Quod autem aliqui non est, non semper
est. ergo nihil quod est ab alio, est semper.

¶ Prat. Quod non habet esse nisi ab alio, in se con
sideratu non est. Huiusmodi autem oportet aliqui non es
se, ergo oportet qd omne quod est ab alio, aliquo
modo non est, & per consequens non esse semper.

¶ Prat. Omnis effectus est posterior sua causa. Qd au
tem est ab alio, est effectus a quo est, ergo est posse
eo a quo est. Et ita non potest esse semper.

SED CONTRA est quod Hilarius dicit, quod ab eis
terno a patre natum, aeternum esse habet quod nat
um est. Sed filius Deinatus est ab aeterno patre, ergo
aeterni habet quod natum est. ergo est aeternus.

RESPON. Dicendum, qd cum ponamus filium Dei
naturaliter a patre procedere, oportet quod sit illud
a patre, quod tamen sit ei coeternus, quod quidem
hoc modo appetit. Inter voluntatem enim & naturam
hoc interest, qd natura determinata est ad unum quia
ad id quod virtute naturae productur, & quod
tum ad hoc quod est producere, vel non produ
ce, voluntas uero quantum ad neutrum determina
ta inuenit: potest enim aliquis hoc uel illud per
voluntatem facere, sicut artifex scummam uel arc
et iterum facere ea, & a faciendo celiare. Ignis vero
non potest nisi calefacere, si subiectu sua actionis ad
sit, nec potest aliud inducere in materiam, quam ef
fectu similem sibi, unde & si de creaturis, quae di
nata voluntate ab ipso procedunt, dici possit qd po
tuit creaturam talcm vel talem facere, & tunc vel
tunc facere de filio tamen qui naturaliter procedit,
hoc dicendo potest. Non enim potuit alterius modi
esse filius secundum naturam, quam se habet patris
natura. Nec potuit vel prius vel posterius filius es
si nisi quando fuit patris natura. Non n. potest dici qd
divina natura aliquando, perfectio naturae defuerit,
qua adueniente virtute naturae, filius Dei sit genera
tus: cu divina natura sit simplex & immutabilis. Ne
que potest dici, qd huiusmodi generatio dilata fuerit
pp materie abiencia vel indispositione, cu omnino
haec generatio immutabilis sit, vnde relinquitur, qd
cu natura patris ab aeterno fuerit, & filius sit a patre
aeternaliter generatus, ac qd coelestis patri coeter
nus. Arriani vero, qd ponebat filium non naturaliter
a patre procedere, ponebat filium neq; patri coequale
neq; coeternum, sicut cōtingit in aliis, quae a Deo pro
cedunt secundum arbitrium voluntatis ipsius. Fuit autem
difficile considerare generationem filii patri coeter
nus, propter affluentionem humana cognitionis in con
sideratione productionis rerum naturalium, in quibus

In 1.
com
el be
inter
cap.

1. In
com
el be
inter
cap.